Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 289

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler], Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. II (Cod. 201-316) (handschriftlich) [um 1800], 200.

Cod: CCLXXXVIII.

Chartac: 4. Saec 14.

B 73.

Fecit

Joannis N? Summa Decretalium.

Rubrica est: "Incipit Summa Johannis;" initium: "Fecit deus duo luminaria magna, Luminare majus." &c: Duo hæc luminaria authori sunt pontificalis auctoritas, et regalis potestas. In calce additur: "Explicit Summa Johannis anno domini Millesimo tercentesimo LXXXXIIII." Quis sit iste Joannes, an de Deo, an de Friburgo, an alius, adhuc incertus sum.

Cod: CCLXXXIX.

Chartac: 4. Saec 14. & 15.

B 74.

1.

Tract: de septem vitiis capitalibus.

1a – 168b

Tractatus de septem vitiis capitalibus. Incipit: "Septem sunt vitia principalia, seu capitalia ut sacre testantur scripture".

2.

Dialog: B. V. M. et S. Anselmi de passione Dni.

170a – 174b

Dialogus B. V. Mariæ, et S. Anselmi de passione Domini. Incipit: "Sanctus Anshelmus longo tempore." In fine: "Explicit Anshelmus de passione Xti". Idem est opusculum, quod occurrit in Cod: CXXVI. n: 4. ubi plura.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 289

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler], Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. II (Cod. 201-316) (handschriftlich) [um 1800], 201.

B 7.3.

3.

Sermones varii. 175a – 260b

Caetera, quae in hoc codice hinc inde reperiuntur, sermones sunt varii, tam de tempore, quam de Sanctis, et aliis materiis; certe non unius authoris, sed undequaque corrasi.

Cod: CCXC.

membr: 4. Saec: 14. & 15.

B 7.5.

1.

Martini Poloni Sermon: de temp: et de Sanctis. 1a – 263b

Martini Poloni Sermones, de tempore, et de Sanctis. Rubrica est: "Incipit opus de tempore fratris martini ordinis predicatorum penitentiarii dñi pape et archiepiscopi Gnesnensis ecclesie." Sermo primus de adventu incipit: "Scientes quia hora est jam nos &c: hic apostolus hortatur surgere a sompno". Sermo primus de Sanctis agit de S. Andrea, et incipit: "Ore confessio fit ad salutem ro. X. Secundum triplicem hominis statum". Hi sermones sunt tam de epistolis, quam de evangeliis, et plerumque de quavis festivitate plures.

B 7.4.

Martinus Strepus, Oppaviensis, cognomine Polonus, Ord: Praedic: plurium Pontificum major poenitentiarius ac Archiepiscop: Gnesnensis obiit: 1278. Confecit Chronicon, quo magnum sibi comparavit nomen, et a quibusdam primus author habetur decantatae fabulae de Joanna papissa. Vide de his Quetif Script: Ord: Praed: T. I. p: 361 seqq: et quos laudat. Fabric: in Bibl: m: et i: lat: T. V. p: 41. seqq:

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 289

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=27633

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:
OLIVER - Online manuscript description (HMML)